

Mantissa Loco tandem accipe

B. L.

Epigramma

Qvod sub Icone

REVERENDI, & CLARISSIMI  
VIRI

Eruditione multiplici, facundia, pietatis atq; constantia

D N. M. JOHANNIS MATHESSI

in Valle Joachimica Doctoris veritatis Evangelii.

Icæ vigilantissimi, Anno Ætatis 61.  
olim posuit

M. BALTHASAR MEINTZ, Nimeccensis Saxo.

T Alis erat docti facies reverenda Matheſii,

Qvando fidem Christi voce professus erat.

Patria Rochlicium est, sed Leucoris ora fidelem.

Discipulum adjunxit, Sancte LUTHERE, Tibi.

Ex Sophiæ studiis fructum percepit, & ipſi

Eximum attribuit Pallas in arte gradum.

Hunc qvoq; fraterno coluerunt ore Melanchthon,

Qviq; facer templi Rector EBERUS erat.

Valle Joachimicâ munus Doctoris obivit,

Arguit & fraudes, IMPIE PAPA, tuas.

Qvin etiam vicit divinâ voce Catervam,

Sacra petit variis qvæ Tua, Christe, dolis.

Hic saltem ora videt, si vis & cernere pectus,

Scripta lege, & nosces pectus & ora VIRI.

Corpus habet tellus: MENS vivit in ætherè donec

Jungatur carni rursus, ut ante, suæ,

Interea, pie Christe, PIOS largire Ministros,

Qui simili doceant agmina sancta FIDE!

Allen